



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

14. Februarii. Vineæ Domini operarii altero tantùm pede terræ insistere,
altero ad iter urgendum sublevato esse debent. S. Ignat. in Epist. Gosw.
Nikl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

14. Februarii.

*Vinea Domini operarii altero tantum pedem
terra insistere, altero ad iter urgendum
sublevato esse debent. S. Ignat. in Epist.
Gosw. Nikl.*

Differre nolentis est. Morosus obedien-
tiam parum distat à cōtumaci: contra
ut qui citò dat, bis dat; ita qui citò parat
duplici se obedientiae præmio dignum facit.

Quid non mora sæpius obfuit? frequen-
ter salus à momento pendet. Ubi dantur
sunt exigua, mora fortè veniam mere-
ri possit, sed ubi anima, ubi æternitas per-
iculum subit, nullâ satis pœnâ expiatur.

Parendi promptitudo excoctæ virtutis
characteristica est: cor enim omni affectu
vacuum, solumque Dei nutui intentum,
est, virum secundum cor Dei signat.

Nescit tarda molimina Spiritûs sancti
gratia: nulla certior aut celerior ad virtutem
obtinendam semita, quàm ut cum pa-
rentis nutu parentis certet promptitudo.

15. Februarii.

*Possidenti Deum, etiamsi nihil habeat, nihil
deest. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 35.*